Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In catenam super Marci et Iohannis evangeliis editam - Cod. Aug. pap. 6

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Cap. IIII

urn:nbn:de:bsz:31-84699

Visual Library

Ex hoc autem manifestum fit quod non semper
cum eo erant fratres eius et mater. Quia uero
dilectus erat ad eum propter reuerentiam et
affectum uenerunt deforis expectantes. Unde
sequitur Et sedebat circa eum turba et di-
xerunt ei Ecce mater tua et fratres tui foris quae-
runt te Beda Fratres domini non filii semper uirgi-
nis marie iuxta heluidium. nec filii io-
seph ex alia uxore iuxta quosdam puta-
di sunt. sed eius potius intelligendi sunt
esse cognati Crisostomus Alter autem ewangelis-
ta dicit quod fratres eius non dum credebant
in eum cui conuenit quod hic dicitur quod eum quae-
rebant deforis expectantes. et secundum
eandem intencionem dominus eorum non sicut propinquos
quorum meminit Unde sequitur Et respondens
eis ait Que est mater mea et fratres mei
Hoc autem non dixit matrem aut fratres
omnino reprobando. sed ostendens quod super omnem
cognacionem temporalem oportet propriam animam
prehonorare Unde conuenienter hic dicitur
hiis qui uocabant ad propinquorum collocu-
cionem quasi ad aliquid utilius quod sit
doctrina salutis Beda. Rogatus ergo ab
officio uerbi dissimulat egredi. non materne
refutans obsequium pietatis sed paternis
se misteriis amplius quam maternis debere
monstrat affectibus Nec in iniuriam fratres
contempnit sed opus spirituale carnis cogna-
cioni preferens. religiosiorem cordium copu-
lam docet esse quam corporum Unde sequitur Et
circumspiciens eos qui in circuitu eius se-
debant ait Ecce mater mea et fratres
mei Crisostomus In quo dominus ostendit quod
oportet eos qui fidei sunt propinqui. pre omnibus
consanguineis honorare Fit quidem aliquis
mater essendi predicando Quasi enim parit
dominum quem cordi audientis non imperit
Jeronimus Sciamus autem nos esse fratres eius
et sorores si uoluntatem patris impleuerimus
ut coheredes simus eius quia non in sermonibus
sed in factis discernit Unde sequitur Qui
enim fecerit uoluntatem dei hic frater meus et
soror mea et mater est Theophilus Non ergo
negans matrem hoc dixit sed ostendens quod
non solum est digna honore propter hoc quod genuit
christum. sed et propter omnem aliam uirtutem Beda
Mistice autem mater et fratres ihesu mater synagoga
est ex cuius carne est editus et populus iudeorum
qui saluatorem intus docentem. uenientes
intrare nequeunt cuius spiritualiter intelligere
dicta nequeunt. Preoccupans autem turba in-
greditur quia differente iudea gentilitas fluxit
ad christum foris enim stantes. uolunt dominum
uidere cognati ipsius. cum iudei se ad cus-
todiam littere foris firmauerunt et christum potius
ad carnalia docenda cogunt exire quam se
ad discenda spiritualia consenciunt ingredi. Si
ergo foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes
quemadmodum nos agnoscimur si foris stemus
intus enim est uerbum intus est lumen Beda

Capitulum quartum

Item cepit ihesus docere
ad mare Theophilus
Licet miserit dominus supra
negligere uidetur (?) cum
reueretur eam propter
eam namque egreditur
circa mare Unde dicitur
Et iterum cepit ihesus docere ad mare Beda
Si enim ewangelium mathei inspicimus patet
hanc doctrinam domini ad mare eadem die qua
superiorem in domo. celebratam esse sermonem
terminato enim primo sermone continuo subiungit
matheus dicens in illo die exiens de
domo sedebat ad mare Jeronimus Sequitur
autem docere ad mare ut locus docendi indi-
cet auditores amaros fuisse et instabiles
Beda Relicta etiam domo cepit docere
ad mare quia relicta synagoga ad colli-
gendam per apostolos populi gentilis multitudinem
uenit Unde sequitur Et congregata est
ad eum turba multa ita ut in nauem ascen-
dens sederet in mari et omnis turba
circa mare super terram erat Crisostomus Quod
non sine causa factum oportet intelligi
sed ut post se neminem dimitteret sed
omnes auditores ante faciem haberet Beda
Prefigurabat autem hec nauis eciam in
medio nacionum edificanda in qua dominus
dilectam sibi consecrat mansionem. Sequitur

Et docebat illos in parabolis multa
Parabola est rerum natura discrepantium sub
sub aliqua similitudine facta comparatio. Est
enim vocabulum Grecum dicitur similitudo quando illud
quod intelligi volumus per comparationes aliquas
indicamus. Sic enim ferrum quispiam dicimus
quando durum ac fortem desideramus intelligi
cum velocem ventis aut avibus comparamus.
Loquitur autem turbis in parabolis more pro-
videntie sue ut qui celestia capere non poterant
per similitudines terrenas audita percipere po-
tuissent. *Cris.* Erigit enim per parabolam
audientium mentem ut manifestiorem sermonem
faciat res visui subdens. *Theophilus.* Et ut
attentiores faciat auditores primam parabolam
proponit de semine quod est verbum dei. Unde
sequitur: Et dicebat illis in doctrina sua. Au-
dite. Ecce exiit seminans ad
seminandum. Seminans autem Christus est. *Cris.*
Non autem loco exivit qui presens existit
omnibus et omnia implet, sed habitu et
dispensatione qua nobis factus est propinquior
per carnis amictum. Quia enim non valebamus
intrare ad eum peccatis impedientibus, iter nostrum
ipse ad nos exivit. Exivit autem seminare
pietatis sermonem quem copiose loquebatur.
Non autem inculcat sermonem eundem in eo
quod dicit: Exiit seminans ad seminandum.
Exit enim aliquando seminans aut ut faci-
at novale aut ut herbas malas evellat
aut ut aliquid aliud operetur; iste autem ad
seminandum exivit. *Beda.* Vel exivit ad
seminandum cum post vocatam ad fidem suam
partem synagoge electam ad collectionem quoque
gentium gratie sue dona diffudit. *Cris.*
Sicut autem seminans non discernit terram
subiectam sed simpliciter et absque discretione
semen emittit, sic et ipse omnes alloquitur.
Et ad hoc significandum subdit: Et dum seminat,
aliud cecidit circa viam. *Theophilus.* Vide
quia non dicit quod proiecit illud in via
sed quia cecidit. Qui enim seminat quantum
in se est in terram bonam proicit, sed illa si sit
mala corrumpit illud. Via autem Christus est.
Infideles autem sunt circa viam, id est extra Christum.
Beda. Vel via mens est sedulo malarum

cogitationum motu trita ne ubi semen in ea
germinare sufficiat. Et ideo quicquid boni se-
minis vicinia talis in contigerit perit
et a demonibus rapitur. Unde sequitur: Et ve-
nerunt volucres celi et comederunt illud.
Recte autem demones volucres celi dicuntur
sive quia celestis spiritualis que sunt nature, sive
quia in aere habitant. Vel quia sunt circa
viam sunt negligentes et desides. Sequitur:
Aliud vero cecidit supra petrosa ubi non
habuit terram multam. Petrosam dicit du-
ritiam protervie mentis, terram lenitatem animi
obedientis, solem fervorem persecutionis
sevientis. Altitudo ergo terre que semen
dei debuit excipere probitas est
animi disciplinis celestibus exercitati atque
ad obediendum divinis eloquiis regulariter
instituti. Petrosa autem loca que vim radi-
cis figende non habent illa sunt precordia que
dulcedine tantum auditi sermonis ac promissis
celestibus ad horam delectantur, sed in tempore
temptationis recedunt quia parum est in eis
salutaris desiderii quod semen vite concipiat.
Theophilus. Vel petrosi sunt mediocriter ad-
herentes petre, id est Christo: modicum ad tempus
verbum recipiunt, postmodum abiciunt rece-
dentes. Sequitur: Et aliud cecidit inter
spinas et ascenderunt spine et suffoca-
verunt illud et fructum non dedit. Per
quod signantur anime multa curantes.
Spine enim cure sunt. *Cris.* Ultimus
vero ponit terram bonam dicens: Et aliud
cecidit in terram et dabat fructum ascendentem
et crescentem. Et afferebat unum xxx
et unum lx et unum centum. Secundum enim
conditionem terre est differentia fructuum.
Multa est autem dilectio seminantis ad homines
quia et primos commendat et secundos non
reicit et tertiis tribuit locum. *Theophilus.*
Vide etiam quomodo sunt plurimi et pauci
qui salvantur. Quarta enim pars seminis in-
venitur salvata. *Cris.* Non tamen maior
pars seminis occasione amittitur seminantis
sed terre recipientis, id est anime audientis.
Et quidem materialis agricola hoc modo

seminando congrue non inmisaret. Non
enim ignorat lapidem aut viam aut terram
spinosam terram pinguem non fieri. In racio-
nalibus vero non est sic. Petram enim possibile
est fieri terram pinguem et viam non [con]cul-
cari et destrui spinas. Quod si fieri non
posset non ibi seminasset. Pro hoc ergo non
tribuit p[ro]prie spem. Sequitur Et dicebat
Qui habet aures audiendi audiat *Beda*
Quociens hec admonitio in ewangelio vel in
apocalipsi Iohannis interponitur mysticum esse
quod dicitur clarum est ad audiendum distendum q[ue]
insinuatur. Aures enim audiendi et faciendi
que iussa sunt. Sequitur Et cum esset singularis
interrogaverunt eum hij qui cum eo erant duodecim
parabolam exponere. Et dicebat eis Vobis
datum est scire misterium regni dei. Illis autem
qui foris sunt in parabolis omnia fiunt *Cris[ostomus]*
q[uasi] d[icat]. Vos qui estis digni omnia que ad predi-
cacionem sunt congrua cognoscere · parabolarum
manifestatorum addiscens adiscitos autem parabo-
lis confusis sum quia digni non sunt addiscere
propter eorum maliciam. Qui enim legis · quia ac-
ceperunt obedientiam non tenebant iniusticie sunt
ut novi sermonis participacionem non habent
sed ab utraque sunt alieni · ostendit enim per
discipulorum obedientiam quod per contrarium indig-
ni facti sunt reliqui iusticie doctrine. Preca-
uens inductione vocis prophetice eorum confundit
nequiciam tamquam a longe conspectam. Unde sequitur
Et videntes videant et audientes audiant
et non intelligant q[uasi] d[icat] ut prophetia impleatur
que hoc predicit *Theophilus* Deus enim eos
fecit videntes · i[d est] intelligentes bonum. Ipsi autem
non vident voluntarie se fingentes non
videre · ne convertantur et corrigantur se tamquam
sue saluti invidentes. Unde sequitur Ne
quando convertantur et dimittantur eis peccata *Cris[ostomus]*
Sic ergo vident et non vident · audiunt
et non intelligunt. Quod enim vident et au-
diunt contingit gratia dei. Sed quod non
vident et non intelligunt contingit eis
quia gratiam recipere noluit · sed oculos clau-
dunt et fingunt se non videre neque dictis
acquiescunt · et sic a peccatis non mutant
pro hoc quod vident et audiunt sed contrarium pa-
tiuntur *Theophilus* Vel potest aliter intelligi quod
reliquis loquebatur in parabolis ut videntes
non videant et audientes non intelligerent.
Deus enim dat visum et intellectum hys qui
petunt reliquos autem obcecat ne in maiorem
redargucionem sit eis quod cum intelligerent
noluerunt facere que oportet. Unde sequitur
Neque convertantur et dimittantur eis peccata
Aug[ustinus] de q[uestionibus] ew[angelio]r[um] Vel hic intelligitur
peccatis suis meruisse ut non intelligerent
et tamen hoc ipsum misericordie eis factum
ut peccata sua cognoscerent et conversi veniam me-
rerentur *Jeronimus* Illis ergo qui foris
sunt in parabolis omnia fiunt et facta simul
et verba salvatoris quia neque in hys que operabatur
virtutibus neque in eis que predicabat archa-
nis eum cognoscere deum valent *Crisostomus*
Quod autem non loquebatur eis nisi in parabolis
nec omnino loqui desistebat demonstrabat
quod hys qui bono conveniunt sunt · et si in se
ipsis bonum non habent occultum tamen eis
ostenditur. Cum autem aliquis cum reverencia
ac recto corde accedit occultorum revelacionum
consequitur habundanciam. Cum autem non sana
sentit nec hys que multis facilia sunt
dignus fiet nec eorum auditu. Quod
Et ait illis Nescitis parabolam hanc
et quomodo omnes parabolas cognoscetis *Jeronimus*
Oportebat siquidem ut illi quibus in
parabolis loquebatur requirerent quod non in-
telligerent et per apostolos quos contemptos habe-
bant discerent misterium regni quod
ipsi non habebant *Glosa* Et ideo dominus hoc
dicens ostendit oportere eos et hanc primam
et omnes consequentes parabolas intelligere
propter quod exponens subdit Qui se-
minat verbum seminat *Cris[ostomus]* Et quidem
prophete doctrinam populi plantacionem vinee
comparabant hic vero seminacionem manifestans
per hoc quod brevior est nunc et facilior obe-
diencia et statim fructum dabit *Beda* In
hac autem dominum exponere omnes eos qui audi-
re verba salutis potuerunt sed ad salutem
pervenire nequit distancia comprehendit Et
namque qui verbum quod audiunt nulla fide

nullo intellectu nulla salute temptandi
utilitatis oratione perpauit de quibus dicit
hij aut sunt qui circa viam ubi seminatur
verbum et cum audierunt confestim venit
sathanas et aufert verbum quod seminatum
est in cordibus eorum Cordibus enim eorum
mandatum verbum confestim in mundi spiritus
quasi uictrices uolucres semen eripiunt
Sunt qui auditu verbi et utilitatem probant
et desiderium gustant Sed ne ad id pro
bant preueniant alios huius vite aduer
sa terrendo alios prospera blandiendo re
tardant de quorum primis dicitur Et hij sunt
similiter qui supra petrosa seminantur qui
cum audierint verbum statim cum gaudio ac
cipiunt illud et non habent radicem in se
sed temporales sunt deinde orta tribu
latione et persecutione propter verbum confestim
scandalizantur De alijs dicitur Et alij
sunt qui in spinis seminantur hij sunt
qui verbum audiunt et erumpne seculi et
deceptio diuitiarum Spine aut diui
cie vocantur quia cogitationum suarum
punctionibus mentem lacerant et cum
usque ad peccatum pertrahunt quasi in flato
vulnere cruentant Dicit aut Et erumpne
seculi et deceptio diuitiarum Quemcumque
enim superuacuum diuitiarum decipit affecti
bus necesse est maiorum curarum erumpna continua
afflig at Addit aut Et circa reliqua
concupiscentie introeuntes suffocant verbum
et sine fructu efficitur Anima qui mandata
dei contemptis circa reliqua concupiscens
aberrat ad gaudium beatitudinis non pe
attingere Suffocant aut huius concupiscentie
verbum quia dum bonum desiderium ad cor i
trare non sinunt quasi aditum flatus uitalis
notant Concupiunt aut ab hijs hominum
differencijs gentiles qui nec audire illa
uite merentur Theophilus Corpus vero qui
semen suscipiunt conuenienter rursus tres
sunt gradus Unde sequitur Et hij sunt
qui super terram bonam seminati sunt qui audi
unt verbum et suscipiunt et fructificant

vnum xxx et vnum lx et vnum centum
Qui in centum fructificant sunt qui perfectam
et obedientem habent vitam ut virgines et he
mite Alij aut in lx qui mediocriter se habent
ut continentes et qui in cenobio sunt Alij
aut in xxx qui parum quidem sunt secundum
propriam virtutem fructum ferentes ut laici et
qui in coniugio sunt Beda Vel xxx ~~signifi~~
~~cat~~ fructificat cum aliquis fidem sancte tri
nitatis electorum cordibus insinuat lx cum
perfectionem docet bone operacionis Centenum
celestis regni premia demonstrat Centenarius
computando in dexteram transfertur Unde
recte in significatione ponitur perpetue beati
tudinis Terra aut bona est electorum consciencia que
omnibus predictis tribus terris contraria facit
quia et commendatum sibi semen ubi libenter
concipit et conceptum inter aduersa et pros
pera constanter ad fructus usque tempora
conseruat Jeronimus Vel fructus tricesimus
simo et sexagesimo et centesimo continetur
hoc est lege prophetia et ewangelio Et
dicebat illis ihesus Crisostomus Post interrogacionem
discipulorum de parabola ac explanationem bre
subiungit Et dicebat illis Nunquid ue
nit lucerna ut sub modio ponatur aut
sub lecto nonne ut super candelabrum ponatur
quasi dicat propter hoc parabola dicta est non ut
manifesta maneat aut occulta tamquam
sub modio uel lecto sed ut dignis manifes
tetur lucerna in nobis est intellectualis natura
que secundum comparationem illuminationis aut clare ap
paret aut obscure Si enim meditaciones
aut recordaciones quae nutriunt lumen in quibus
lucerna talis attenditur negligantur mox
extinguitur Jeronimus Vel lucerna verbum est
de tribus seminibus Modius aut lectus
auditus est inobediencium Candelabrum apti
sunt quos illuminat verbum dei Unde sequitur
Non est enim aliquid absconditum et occultum
parabola sermonis est in palam vero venit dum
aperte tractatur Theophilus Vel quia tempus
vite mee sub certa diuine ~~prudentie~~ prouisionis
omnis mensura continetur recte modio comparatur
lectus vero animae corpus est in quo tempore

habitans quesit Qui ergo amore vite
temporalis et illecebris carnalium occultat
verbum dei modio vel lecto lucernam operit Super
candelabrum autem ponit lucernam qui cor-
pus suum ministerio verbi dei subicit Unde hiis
verbis typice figuram dat predicandi Beda
Vel hic dominus monet discipulos lucidos esse
secundum vitam conversationis q. d. Sicut lucerna ad
lucendum ponitur sic ad vitam meam omnes re-
spicient Itaque studete bonam vitam habere
et non angulis sedeatis. sed lucerna estote
Lucerna enim non sub lecto sed super cande-
labrum lucet posita. Quam quidem lucernam necesse
est ponere super candelabrum i. in altitudine
conversationis que secundum est ut et aliis lucere
valeat non sub modio i. circa gulam nostram
sub lecto i. sub ocio Nemo enim qui in ocio
studet et requiem diligit potest esse lucerna
omnibus lucens Theophilus Sequitur Non
est enim aliquid absconditum quod non mani-
festetur nec factum est occultum sed ut in
palam veniat q. d. Nolite erubescere
evangelium. sed inter tenebras presento
tum lumen verbi supra corporis cande-
labrum levate semper mente retinentes illum
diem quo illuminabit deus abscondita tene-
brarum Tunc enim et vos laus et adver-
sarios pena manet eterna Crisostomus Vel aliter
Non est aliquid occultum etc. q. d. Si vos cum
diligentia vitam duxeritis accusationes
lucernam vestram non poterunt obumbrare
Theophilus Uniuscuiusque enim sive bonum
aliquid seu malum in presenti fecit manife-
stat in presenti et multo magis in futuro Quid
enim deo est occultum. sed tamen et ipse ma-
nifestatus est in eterne Sequitur Si quis
habet aures audiendi audiat Beda i. si quis habet
sensum intelligendi verbum dei non se sub-
trahat non auditum ad fabulas convertat. sed
his que veritas dixit accommodet aurem
scrutandis manus implendis Sequitur Et
dicebat illis Videte quid audiatis Theophilus
scilicet nichil eorum que vobis a me dicuntur
subterfugiatis In qua mensura mensi fueritis
remetietur vobis i. qualibet mensura at-
tencionis introducatis tantum recipietis u-
tilitatem Beda Vel aliter Si sollerter
omnia que valetis bona facere atque proximis in-
timare studetis. aderit divina pietas que
vobis et in presenti sensum alacrem capiendi
ac potiora gerendi effectum conferat et in
futuro eternam retributionem adiciet Et ideo sub-
ditur Et adicietur vobis Jeronimus Vel aliter
Secundum mensuram fidei unicuique dividitur in-
telligentia misteriorum et sic etiam adicientur
virtutes Sequitur Qui enim habet dabitur illi i.
qui habet fidem. habebit virtutem et qui habet
opus verbi. habebit intelligentiam misterii
Et qui non habet eciam fidem deficit virtute et
qui non habet opus verbi omnis intelligentia
caret Et qui non intelligit eciam auditum per-
didit Crisostomus Vel aliter Qui habet scilicet
affectum et voluntatem audiendi et petendi
dabitur ei Qui vero non habet divini auditus
desiderium et quod contingit habere scripture legis
aufertur ab eo Beda Nonnumquam enim lector in-
geniosus negligendo se privat sapientia.
quam tardus ingenio se studiosius deli-
bando degustaverit Crisostomus Potest autem ideo
dici quod non habet qui veritatem non habet. Dicit
autem quod habet propter hoc quod mendacium habet
putat enim aliquis se habere qui mendacis
intellectus compos est Et dicebat Sic est regnum
dei Crisostomus Posuit supra parabolam
de tribus seminibus diversimode perditis
et uno salvato cuius secundum proportionem fidei
et operacionis tres differencias ostendit. Hic
vero parabolam ponit solum de salvatis Unde
dicit Et dicebat Sic est regnum dei quem-
admodum si homo iaciat semen in terram
Jeronimus Regnum dei ecclesia est que regitur
a deo et ipsa regit homines et contrarias
virtutes et vicia calcat Crisostomus Vel regnum
dei dicit ~~regnum~~ fidem que est in ipsum ac
dispensationem humanitatis quod quidem regnum est
Sicut si iaciat homo etc. Ipse enim ex-
istens deus et dei filius homo incommuta-
biliter factus pro nobis terram seminavit i.
totum mundum verbo divine cognitionis illuminat
Jeronimus Semen enim verbum vite est. terra corda humana

dormientis hominis mors est salvatoris. Exurgit semen nocte et die, quia post somnum Christi numerus credentium per adversa et prospera magis magisque germinabat in fide et crevit in opere. *Chrysostomus.* Vel exurgit ipse Christus qui sedebat expectans per longanimitatem quod recipientes semen fructificarent. Surgit autem, idest benivolentie sue libro ad fructificationem nos surgens per arma iustitie a dextris, quibus significatur dies, a sinistris, quibus signatur nox persecutionum. Per hec enim semen germinat nec arescit. *Theophilus.* Vel aliter Christus dormit, idest ascendit in celum, ubi licet dormire videatur, surgit tamen nocte, cum per temptationes nos erigit in suam cognitionem; die vero, cum per orationes nostram disponit salutem. *Ieronimus.* Quod autem dicit dum nescit ille, tropica est locutio, idest nescire nos facit quis fructus usque in finem afferat. *Chrysostomus.* Vel dicit nescit ille ut ostendat liberam voluntatem eorum qui verbum suscipiunt; voluntati enim committitur opus, et non totum operatur solus, ut ne bonum involuntarium videatur. Unde subdit: Ultro enim terra fructificat, idest non necessitate coacta contra propriam voluntatem, sed voluntate adducitur ad fructificandum. Primum herbam. *Ieronimus.* Idest timorem: initium enim sapientie timor domini. Deinde spicam, idest penitentiam lacrimosam. Deinde plenum frumentum in spica, idest caritatem; plenitudo enim legis est caritas. *Chrysostomus.* Vel primo herbam fructificat in lege nature, paulatim ad profectum crescens; postmodum producit spicas in manipulum colligendas et maturum domino offerendum in lege scilicet Moysi; postea plenum fructum in evangelio. Vel quia non solum oportet nos frondere per obedientiam, sed esse prudentes et quasi harundinis spicas erectos persistere, de ventis agitantibus non curantes. Oportet nos etiam attente curare per assiduitatem memorie, ut tamquam spica fructum gestemus, idest operationem virtutis completam demonstremus. *Theophilus.* Herba igitur germinamus cum principium bonum ostendimus; deinde spicam cum resistere temptationibus possumus; deinde fructum cum perfectum quis operatur. Sequitur: Et cum ex se

produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. *Ieronimus.* Falx est mors vel iudicium quod secat omnia; messis est consummatio seculi. *Gregorius super Ezechielem.* Vel aliter: Semen homo iactat in terram cum cordi suo bonam inserit intentionem; dormit autem, quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit ac die, quia inter adversa et prospera proficit. Et dum ille nescit, qui adhuc metiri incrementa sua non valet, et tamen concepta virtus ad profectum ducitur. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terra mittimus; cum recta operari incipimus, herba sumus; cum ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus; cum in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. ¶ Et dicebat. *Glosa.* Postquam posuit parabolam de fructificatione seminis evangelii, hic subiungit aliam parabolam, ostendendo excellentiam doctrine evangelice ad omnes alias doctrinas. Unde dicitur: Et dicebat: Cui assimilabimus regnum dei, aut cui parabole comparabimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus que sunt in terra; et cum seminatum fuerit, ascendit et fit maius omnibus holeribus, et facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aves celi habitare. *Theophilus.* Parvissimum quidem est fidei verbum: Crede in deum et salvus eris. Sed sparsa super terram predicatio dilatata est et augmentata, ita ut celi volatilia, idest contemplativi omnes et alti intellectu et cognitione, sub eo habitent. Quanti enim sapientes gentilium relinquentes sapientiam sub predicatione evangelii requieverunt? Omnium igitur maior predicatio facta est. *Chrysostomus.* Et etiam quod fuit hominibus in brevibus sermonibus nuntiatum, sapientia que inter perfectos dicitur dilatavit super omnes sermones, quia nihil maius est hac veritate. *ir theophi* Ramos enim magnos fecit: quosdam enim apostolos in Romam, et quosdam in Indiam, et quosdam in alias terre partes, sic dimisit sicut ramos. *Ieronimus.* Vel semen istud minimum est timore, magnum autem in caritate, que est maior omnibus oleribus, quia deus caritas est, et omnis caro fenum. Fecit enim ramos misericordie et compassionis, quia sub

umbra pauperes christi qui sunt celi aualia
delectantur habitare Beda homo autem qui
seminat apleris per salvator intelligitur. Iba
ghy lys autem homo seminans mundo suo. Crisostomus
postea vero martis brevitate gaudens audientes
parabolarum naturam subiungit. Et talibus multis
parabolis loquebatur eis verbum prout poterant
audire Theophilus Quoniam enim turbe erant
indocta a comestibilibus et consuetis nominibus
instruit eos et propter hoc subdit. Sine parabola
autem non loquebatur eis. Ut scilicet moverentur
ad accedendum et interrogandum. Sequitur. Seor-
sum autem discipulis suis disserebat omnia
scilicet de quibus interrogabant et ignorantes
non simpliciter omnia tamen manifesta quam immani-
festa Ieronimus Illi enim digni erant seorsum
audire misteria in penetrali in tumore sapientie
qui remoti a cogitacionum malarum tumultibus
in solitudine virtutum permanebant Sapientia et
in tempore accepit percepit. Et ait illis etc. Ie-
ronimus Post doctrinam dehinc ad mare ve-
nitur et fluctibus turbantur unde dicitur Et
ait illis in illa die cum sero esset factum tran-
seamus contra Remigius Circa enim legitur
habuisse dominus refugia scilicet navis montis
et deserti. et quociens a turbis comprimebatur ad
aliquod istorum refugiebat. Cum ergo videret
dominus turbas multas circa se earum importunita-
tem quasi homo volens declinare iussit dis-
cipulos suos transfretare Sequitur. Et dimit-
tentes turbam assumunt eum ita ut erant in
navi. Crisostomus Discipulos quidem assumpsit
dominus ut visores fierent futuri miraculi si
solum ipsos assumit ne alii cognoscerent ipsos
esse tam modice fidei unde ad ostendendum quod
separati alii transfretabant subiungit Et alie
naves erant cum illo. Ne autem superbirent
discipuli quod eos solos assumpserat periclitari
eos permittit et ut eciam per hoc discerent temp-
taciones viriliter sustinere Unde sequitur. Et
facta est procella magna venti et fluctus
mittebat in navim ita ut impleretur navis
Ut autem futuri miraculi maiorem eis im-
primat sensum dat tempus timori dormiendo
Unde sequitur. Et erat ipse in puppi super
cervical dormiens. Si enim vigilasset
aut non timuissent neque rogassent tempes-

tate exorta aut eum aliquid tale facere non
putassent Theophilus Dimisit ergo eos maxime
in timorem periclitacionis ut eius virtutem in se ipsis
sentirent qui alios ab eo beneficiatos videbant.
Dormiebat autem super cervical navis lignei
siquidem Crisostomus ostendens suam humilitatem et
ex hoc multam sapientiam docens. Non dum
autem discipuli qui circa eum existebant eius
gloriam cognoscebant Et quidem quod surgens
posset ventis imperare credebant. Sed quod qui-
escens seu dormiens nequaquam. Et ideo sequitur
Et excitant eum et dicunt ei magister non ad
te pertinet quia perimus Theophilus Ipse autem
exurgens comminatur primo quidem vento
qui maris tempestatem et fluctus faciebat.
Et hoc est quod subditur Et exurgens commina-
tus est vento deinde vero precipit mari
Unde sequitur. Et dixit mari tace obmu-
tesce Glosa. Ex commocione enim maris
quidam spiritus consurgit qui videtur esse que-
dam maris locucio periculum comminantis.
Et ideo convenienter sub quadam methafora tran-
quillitatem imperat taciturnitatis vocabulo
sicut et in prohibicione ventorum qui sua vio-
lencia mare conturbant comminacionis notatur
Solent enim potestate habentes eos qui vio-
lencia pacem conturbant horum comminacione
penarum restringere per hoc ergo datur intelli-
gi quod sicut rex aliquis per comminacionem vio-
lentos comprimere et suis edictis minis scilicet
potest mitigare Ita christus rex universi existens
existens sua comminacione ventorum cohibuit
violenciam et maris taciturnitatem indixit
et statim est effectus secutus Sequitur enim Et
cessavit ventus. cui scilicet fuerat commina-
tus Et facta est tranquillitas magna scilicet
in mari cui taciturnitatem indixerat Theophilus
Comminatus est eciam et discipulis tamquam fidem
non habentibus Sequitur enim et ait illis quid
timidi estis necdum habetis fidem Si enim
habuissent fidem credidissent quod eciam dormi-
ens servare ipsos potuissent incolumes
Sequitur Et timuerunt timore magno et dice-
bant ad alterutrum Quis putas est iste quia
venti et mare obediunt ei Crisostomus Dubie
habebant se circa eum in quantum enim illi maxime

placauit non baculo ut moyses nec pre
cibus ut helyseus iordanem neque archa ut
iosue naue sed tamen hoc ut deus eis iudebat
secundum id quod dominabatur homo Jeronimus Ascri
te vero puppis in cuius crucis est in quo dominus
corporaliter dormit qui custodit israel Pup
pis enim mortuis pellibus viuas continet et
fluctus arcet et ligno solidatur. i. cruce et
morte domini ecclesia saluatur Ceruical corpus
domini est cui diuinitas sicut caput inclinata
est Ventus autem et mare demones et per
secutores sunt quibus dicit Tace quum com
pescit edicta regum iniquorum ut voluit
Tranquillitas magna est pax ecclesie post pres
suram siue theoricam post actiuam
Beda vel nauicula quam ascendit passi
onis arbor intelligitur per quam fideles ad se
curitatem securi littoris peruenerunt Alie
naues que fuisse dicuntur cum domino illos signi
ficant qui fide dominice crucis imbuti sunt non tamen
turbine tribulacionum pulsati vel post
temptacionum procellas serenitate pacis
utuntur Discipuli autem nauigantibus ipse
obdormiuit quia fidelibus futuri regni qui
etem meditantibus tempus dominice passionis
aduenit Unde bene hoc sero factum fuisse
perhibetur ut vi solis occubitu non sola
dominice demeas sed ipsam descendentis lucis
horam significet Ascendente autem illo pup
pim crucis fluctus blasphemancium persecutorum
assurgunt demoniacis excitati procellis
quibus tamen non ipsius pacientia turbatur Sed
discipulorum imbecillitas concutitur Excitant
autem discipuli dominum quia cuius mortem
uiderant maximis votis resurrectionem
querebant Vento exurgens comminatus
est quia resurrectione celebrata diaboli superbiam
strauit Mare silere precepit quia iudeorum
rabiem resurgendo deiecit Discipulos ar
guit quod post resurrectionem exprobrauit
eis incredulitatem cordis Et nos quoque cum
signo dominice crucis imbuti seculum relinquere
disponimus nauem cum ihesu conscendimus mare
transire conamur Sed nauis nauigantibus
inter equoris strepitus obdormit quando
inter medios vestros vel immundorum

spiritu vel hominum prauorum. vel ipso intra
cogitacionum impetu amoris flamma refrige
scit. Unde inter huiusmodi procellas illum sedulo ex
citemus mox repositatem compescet et refun
det tranquillitatem portum salutis indul
gebit Sequitur Capitulum quintum
Et venerunt transfre
tum maris Theophilus
Alia qui in nauicula
erant conquirebant ad
inuicem quis putas est
iste in inicio testatis
affirmatur quibus esset
accessit enim demoniacus confitens ipsum esse
filium dei Ad quod intendens euangelista acce
dens dicit Et venerunt transfretantes maris
in regione gerasenorum Jeronimus Gerasa
est urbs insignis arabie transiordanem iux
ta montem galaad quam tenuit tribus ma
nasse non longe a stagno tyberiadis in
quod porci precipitati Crisostomus Sed tamen
neque gerasenorum exquisita scriptura continet
sed gergesenorum Gerasa enim ciuitas est
iudee et neque lacus est neque mare Gerasa
vero arabie est ciuitas neque mare neque stag
num proximum habens Et ne tam euidens
mendacium euangeliste dixisse uideantur
viri tam diligentes scientes quam circa iudeam
erant Gergese quidem aqua gergesei an
tiqua ciuitas fuit iuxta tyberiadem nunc ya
ta circa quam precipitium est circumpositum stagni
Sequitur Et exeunti ei de naui statim oc
currit de monumentis homo in spiritu in mun
do Augustinus de consensu euangelistarum Quod matheus
duos dicit fuisse marcus et lucas vnum
commemorant ut intelligas vnum eorum
fuisse personam aliquam clarioris quem regio
illa maxime dolebat Crisostomus vel uidetur
quod marcus et lucas illud quod erat mise
rabilius narrauerunt et propter hoc diffusius
quod illi contingebat enarrant Sequitur
Et neque cathenis iam quisquam eum
poterat ligare quoniam sepe cathenis et compe
dibus vinctus disrupisset cathenas et com
pedes comminuisset Et nemo poterat eum doma
re et semper nocte ac die in monumentis et